



Sub dei nomine et eius gratia. Ego Adelfonsus dei gratia imperator. una cum coniuge mea imperatrice domina berengaria. gratia animo. et uoluntate spontanea. nemine cogente. facio cartam donationis. et confirmationis. omnibus christians qui hodie in toledo populati sunt uel populari uenerunt. mozarabos. castellanos. francos. quod non dent portaticum in toledo neque in inquitu neq; in exta. neq; in tota mea terra de totis illis causis quas comparauerunt uel uendidierunt. aut de alio loco secum adduxerunt. Illi uero homines qui cum mercadibus ad terram maiorum de toledo exeuntes perreperunt. dent suum portaticum secundum suum forum Super hoc solto illis quod ab isto die in antea non dent regi terre alessor neq; alio homini. de pane. de uino. neq; de alio labore quem fecerunt.

Illis foros quos supra diximus dono et concedo omnibus illis christians qui in toledo habuerunt casam. et hereditatem. et mulierem. ut habeant et teneant illos ipsi et filii eorum. et omnis generatio sua presens et futura. iure hereditario in sempiternum.

Quicumq; igitur hoc meum scriptum infringere. siue de meo uel alieno genere fuerit. sit a deo et sanctis eius maledictus et in inferno cum uida christi proditore sine fine damnatus. et cum datan et abiron quos iugos terra absorbit uariis quicquidibus apud inferos tormentatur. et insuper peccet regi terre nulle librae auri. et carta firma semper remaneat.

Facta carta in coenqua. xv. idus aprilis. Era. m. cc. lxxv. Adelfonso imperatore imperante in Toledo Legionem. Saragoza. Maiara. castella. calicia. Ego imperator Adelfonsus hanc cartam quam iussi fieri in anno secundo quod coronam imperii primitus in legione recepi. confirmo. et manu mea approbo.



R amundus toletanus archiepiscopus  
 P efracobienensis episcopus  
 B ongricus salamanicensis episcopus  
 P efr legionensis episcopus  
 P efr caeciliensis episcopus  
 R obert asturicensis episcopus  
 P efr palentanus episcopus

Infans dña sancia soror imperatoris  
 R odricus martinez comes legionensis  
 R odricus gomez comes salamanicensis  
 P rimeric comes burgalensis  
 S uerius comes asturicensis  
 G onsaluus comes

Guter ferrandez maior domus  
 R odric ferrandez  
 Almaric alferiz  
 Lop lopes  
 Ordon gustiez  
 O sori martinez  
 O denda bosin  
 Michael feliz merin in burgis  
 Diego munoz merin in carrione

Gualdus scripsit hanc cartam iussu magistri hugonis cancellarii. i - m - p - e - r - a - t - o - r - i - s .

